




RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Rationum & precum tantam vim esse ac robur, ut nihil non efficiant ac impetrent, præter alia, sacrae contestantur literæ, & quæ ex iis depromi possunt exempla. Sic Marcus Evangelista cap. 11. hunc canonem proponit: πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτήσθε, πισθετε, ὅτι λαμβάνετε καὶ ἔσται ὑμῖν. Quæcunq; orantes petitis, credite, accipietis, & erunt vobis. Sunt namque preces unicum illud medium, quo feliciter apprehendimus negotia omnia, eaq; perfectè tractamus ac elaboramus. Hæ dominantur omnibus, effringunt carceres, redimunt captivos, bestiis immitibus imperant, ora frænant esurientium animalium, inimicos prosterunt, infernales abyssos ocludunt, dæmones compescunt, superant, eijciunt, & cælos referant. Ita Moïsis & Aaronis oratio terram fecit dehiscere; illius quoq; oratio maris rubri sinum aperuit, ac sexcenta hominum millia sicco pede traduxit: oratio trium puerorum rabiem camini cohibuit, calorem compressit, ardorem, & flammam in fornace Babylonica extinxit: oratio Josuæ solem stare fecit: oratio Eliæ ore profusa, cæli fontes oclusit, & imbrium thesauros triennio & semestri nemini patere voluit; oratio ignem cælo deiecit, mortuos resuscitavit, farinam multiplicavit: oratio corpus solidum, ferrum videlicet, velut leve & plumeum super aquas natitare effecit: oratio deniq; DEUM vincit, ei quodammodo vincula injicit, justitiæ furorem sistit, iram illius compescit, retundit, & de divina Majestate triumphum agit. Testem posterioris hujus encomij audacioris habuimus, in nupero Evangelio, mulierem Cananæam, cujus fidem, quod magna esset, precibus videlicet instantissimis subnixam, deprecatur Christus, totius generis humani Redemptor & Salvator unicus. Inprimis autem assiduitas & perseverantia in precibus desideratur. His solis congruit animosa pertinacia, & continua indefessaque postulatio: In reliquis licet sit vitium; in precibus tamen virtus est. Commendandi igitur & animosi censendi omnes, qui in oratione & precibus assidui, pertinaces & importuni sunt, nec prius quiescunt, quàm gratiam à DEO obtinuerint, & votorum compotes facti fuerint. Quod etiam suo loco, dum in vivis erat, studiosè præstitit, Matrōna honoratissima, *Blandina*, spectatissimi & prudentissimi viri, *Dn. Danielis Leicheri*, Senatoris olim & Ædilis, nec non Scabinatus Electoralis Assessoris, ærarii item Ecclesiastici ad D. Thom. præsidis, relicta vidua, cui jam ultimum humanitatis officium præstandum est. Edita autem fuit in hanc lucem ἡ μακαρίτης hic Lipsiæ, Anno Christi 1551. die 15. M. Decemb. patre, viro quondam prudentissimo, *Dn. Georgio Huttero*, Senatore hujus loci fidelissimo: Matre verò *Anna Müllerin* / matrona, dum in vivis erat, & laude probitatis, & singulari juvandi pauperes promptitudine clara & conspicua. Avum habuit, virum itidem prudentissimum *Dn. Johannem Hutterum*, de Ecclesia & Scholis meritissimum, Ædilem hic loci, nec non primo post reformationem tempore, ærarii Ecclesiastici Thomani præsidem, pharmacopolam, & in Medica praxi artificem egregium, qui, ut ex monumentis dictæ Ecclesiæ Thomanæ videre est, ad annum ætatis pervenit, exemplum rarissimum! centesimum decimum quartum. Avi etiam materni, *Dn. videlicet Georgij Mülleri*, civis tùm temporis honestissimi, sæpissimè memor fuit. Postquam verò piè defuncta primordia vitæ ex institutione parentum in pietatis exercitiis posuerat, non destitit virtutum muliebrium ornamenta excoiere, sed eò semper sollicitè intenta fuit, ut non solum pietatis & pudoris amantiissima, sed & laboribus assuetis domesticis, in iisdem assidua maneret. Hinc adeò factum, ut jam viro matura, uxorio stipulatu de parentum & cognatorum consensu transfret in matrimonium Viri Humanissimi, *Dn. M. Christophori Lucii* Viennensis, anno nempe τῆς παρθενότητος supra millesimum quingentesimum, nonagesimo secundo, quo cum usq; ad annum Christi sexcentiesimum secundum in conjugio pacifico & honorato vixit. Tempore viduitatis elapso, ad secunda vota transiit, conjuncta prædicto viro *Dn. Danieli Leichero*, Scabino & Ædili, nec non ærarii Ecclesiastici Thomani Præsidi, cujus periodus duravit usq; ad annum sexcentiesimum duodecesimum, ubi x x i i i. M. Augusti iterum marito orbata carissimo, in viduitate morari & permanere decrevit, & ad exemplum piarum sapientumq; viduarum, quas depingit Timotheo suo Paulus, in DEUM speravit, ταῖς δέησιν καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας, in obsecrationibus & precationibus nocte dieq; perseveravit, cor habuit & animum viduali correspondentem vestri, delicias & vanitates despectui habuit, & omni mundano intuitu seposito & quasi conculcato, pietati & precibus unice totam se dedit; Ecclesiasticis conventibus quotidie interfuit, verbumq; divinum assidue audivit, legitq; & crebro Cœnæ Dominicæ usu, quod etiam Calend. Januar. factitabat, sese refectam ivit. Accessit insuper singularis beneficentia erga pauperes; inprimis verò Ecclesiæ Ministros, exules, aliosq; indigentes, quos non solum juvit, sed & propinquis pauperioribus sumptus plenâ manu & propriis copiis, ubi opus fuerit, suppeditavit, fores habuit tritas, ut Cydonis domus, certissimè statuens, divitias crumenæ aut cistæ inclusas, quemadmodum frumentum, quod in horreo non excrescit, sed potiùs à muribus arroditur, in terram verò injectum fructum affert multiplicem, nullam utilitatem afferre, sed in manibus pauperum quasi seminatas fructum reddere cum foenore. Et sic exemplo suo Psalmistæ elogio: Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in seculum seculi, satisfacere non fuit immemor. Promptissima etiam tolerantia crucem immisam tulit, & illud Christi dictum: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me; qui enim non accipit crucem suam, & sequitur Christum, Christi nomine non est dignus; sibi reipsa applicare potuit. Morbum deniq; quod attinet, relatam Nobis fuit, quod anno abhinc vestigia quædam apoplexiæ animadverterit, à quibus tamen tùm temporis, DEI beneficio singulari, liberata fuit, ita, ut non solum hætenus rem domesticam regere, sed etiam multò magis stata pietatis exercitia in publica congregatione Ecclesiæ & privatim quoque domi exercere & continuare sine in valetudinis alicujus impedimento potuerit. Cùm verò x x v i i. M. Februar. ubi prius templum invisisset, à meridie denuo forti apoplexiâ correpta fuerit, facile ex subito istiusmodi casu perspicere potuit defuncta, horam sibi ultimam vitæ & decretoriam instare, id quod etiam factum altero statim die, ubi post decimam vespertinam placidissimè consopita, vitam cum morte commutavit, & ex hac ærumnosa vita ad cœlestem conversationem emigravit, anno ætatis suæ 78. Corpus illius exanime, hodie, post I. pomeridianam auditam, usitatis funerum ceremoniis ad sepulturam in ædibus sacris Paulinis deferretur, quo tempore, ut Nobiscum frequentes sese conjungant cives Academici, & observato ordine consueto in exequias eant, volumus & mandamus. Quod ipsum, uti officium est per se pium & honestum: ita sine dubio piè defunctæ hæredibus gratum & acceptum, & ordine Academico maximopere dignum. PP. IV. M. Martii Anno Christi M. DC. XXIX.

LIPSIÆ, Imprimebat GREGORIUS Ritsch.

RECTOR VICEDECANUS LIBRARIUS



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Rationum & precum tantam vim esse ac robur, ut nihil non efficiant ac impetrent, præter alia, sacrae contestantur literæ, & quæ ex iis depromi possunt exempla. Sic Marcus Evangelista cap. ii. hunc canonem proponit: *πάντα ὅσα ἐν κόσμῳ ἔσονται αἰτιάσθε, ὅτι λαμβάνετε ἡμῶν ἔσται ὑμῶν.* Quæcumq; orantes petitis, credite, accipietis, & erunt vobis. Sunt namque preces unicum illud medium, quo feliciter apprehendimus negotia omnia, eaq; perfectè tractamus ac elaboramus. Hæ dominantur omnibus, infringunt carceres, redimunt captivos, bestiis immicibus imperant, ora frangent esurientium animalium, inimicos prosterunt, infernales abyssos occludunt, dæmones comescunt, superant, ejiunt, & cœlos referant. Ita Moïsis & Aaronis oratio terram fecit dehiscere; illius quoq; oratio maris rubri sinum aperuit, ac sexcenta millia sicco

pede traduxit: oratio Josue extinxit: oratio Josue mini patere voluit; orac-
cet, velut leve & plun-
rem sistit, iram illius c-
buimus, in nupero Ev-
prædicat Christus, tot-
deratur. His solis cor-
virtus est. Commer-
prius quiescunt, quàm gratiam a Deo obrinuerint, & votorum compotestati fuerint. Quod etiam suo loco, dum in vivis erat, studiosè præstitit, Matræna honoratissima, *Blandina*, spectatissimi & prudentissimi viri, *Dn. Danielis Leiberi*, Senatoris olim & Ædilis, nec non Scabinatus Electoralis Assessoris, ætarii item Ecclesiastici ad D. Thom. præsidis, relicta vidua, cui jam ultimum humanitatis officium præstandum est. Edita autem fuit in hanc lucem ἡ *μνηστὴρ* hic Lipsiæ, Anno Christi 1551. die 15. M. Decemb. patre, viro quondam prudentissimo, *Dn. Georgio Huttero*, Senatore hujus loci fidelissimo: Matre verò *Anna Stüllerin* / matronà, dum in vivis erat, & laude probitatis, & singulari juveni pauperes promptitudine clara & conspicua. Avum habuit, virum itidem prudentissimum *Dn. Johannem Hutterum*, de Ecclesiæ & Scholis meritissimum, Ædilem hîc loci, nec non primo post reformationem tempore, ætarii Ecclesiastici Thomani præsidem, pharmacopolam, & in Medica praxi artificem egregium, qui, ut ex monumentis dictæ Ecclesiæ Thomanæ videre est, ad annum ætatis pervenit, exemplum rarissimum! centesimum decimum quartum. Aviam matrem, *Dn. videlicet Georgij Mülleri*, civis tum temporis honestissimi, sapissimè memor fuit. Postquam verò piè defuncta primordia vitæ ex institutione parentum in pietatis exercitiis posuerat, non destitit virtutum muliebrium ornamenta excolere, sed eò semper sollicitè intenta fuit, ut non solum pietatis & pudoris amantissima, sed & laboribus aflueta domestica, in iisdem assidua maneret. Hinc adeò factum, ut jam viro matura, uxorio stipulatu de parentum & cognatorum consensu transfret in matrimonium Viri Humanissimi, *Dn. M. Christophori Lucii* Viennensis, anno nempe τῆς *παραβιωτικῆς* supra millesimum quingentesimum, nonagesimo secundo, quo cum usq; ad annum Christi sexcentesimo secundum in conjugio pacifico & honorato vixit. Tempore viduitatis elapsa, ad secunda vota transit, conjuncta prædicto viro *Dn. Danieli Leiberio*, Scabino & Ædili, nec non ætarii Ecclesiastici Thomani Præsidi, cujus per iodus duravit usq; ad annum sexcentesimo duodecimum, ubi xlii. M. Augusti iterum marito orbata carissimo, in viduitate morari & permanere decrevit, & ad exemplum piarum sapientumq; viduarum, quas depingit Timotheo suo Pau-

